

# **Cartulaire de l'Abbaye de Redon en Bretagne: [832–1124], Nr. 27**

Haec carta indicat atque conservat qualiter tradidi Catloiant filium suum, nomine Ratuili, Sancto Salvatori in monasterio rotonensi, ad serviendum Deo in habitum monachi; et dedit cum eo virgadam terrae que appellatur Chenciniac, que alio nomine nuncupatur Ran Conmorin, et aliam portiunculam que dicitur Ran Hinuual, ita tradidit Sancto Salvatori et suis monachis in Rotono Deo servientibus, cum massis et manentibus, cum terris, silvis, pratis, pascuis, sine censu, sine tributo alicui homini sub caelo nisi Sancto Salvatori et suis monachis. Factum est hoc .V. kl. novembris, in festivitate Sanctorum Simonis et Iude, coram Conuuiono abbe et suis monachis; Leuhemel, monachus et presbyter, testis; Triboud, testis; Adganus, presbyter et monachus, testis; Liner, presbyter et monachus, testis; Liuerin, presbyter et monachus, testis; Fulcri testis; Otto, testis; Adalun; testis; Liosic, testis; Benedic, testis.